



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 5. Epistola circa residentiam a Soto triduo ante obitum ad summum  
Pontificem perscripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

fitatis studia restaurabat, suamque ope- Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
ram ad obeundum Professoris munus  
ipsem obtulit, ac reipsa Theologiam  
publice tradidit usque ad Annum Do-  
mini millesimum quingentesimum quin-  
quagesimum tertium; nam hoc anno  
Philippus Hispaniæ Princeps, ac postea  
secundus hujus nominis Rex, qui Ma-  
riæ Anglorum Reginæ despensatus e-  
rat, ad Religionem Catholicam in O-  
xonensi, & Cantabrigiensi Universita-  
tibus restaurandam eundem Petrum So-  
tum, aliasque duos ejusdem sacri Or-  
dinis Theologos selegerat: cum vero  
Maria Regina anno salutis nostræ mil-  
lesimo quingentesimo quinquagesimo o-  
stanto vivis eriperetur, ob funestam il-  
lius mortem hi Theologi bene cæpta  
prosequi præpediebantur: quapropter  
Sotus Dilingam reversus ibidem usque  
ad annum a Christi nativitate millesi-  
mum quingentesimum sexagesimum pri-  
mum substituit, tum vero Pii IV. jussu ad  
Synodum Tridentinam contendit, ubi  
rara eruditionis suæ specimina edidit.

## §. V.

*Epistola circa residentiam a Soto tri-  
duo ante obitum ad summum Pon-  
tificem perscripta.*

Triduo ante obitum suum Sotus epi-  
stolam alieno chirographo, proprio c. 10.  
*Hist. Eccles. Tom. XLVI.* ta-

Pallav. l. c.

Vie de D.

Barth. des

Martyrs. l. 2.

Visc. p. 245.

**Sæcul. XVI.** tamen sigillo munitam ad summum Pon-  
**A.C. 1563.** tificem transmittendam exarabat hujus  
 tenoris:

„Beatissime Pater! Proxime ad Di-  
 „vini Judicis tribunal vocandus, atque  
 „erga Sanctitatis vestræ honorem zelo  
 „nunquam intermorituro accensus haud  
 „temere mihi persuadeo. Sanctitatem  
 „vestram non ægre laturam, si in po-  
 „stremis hisce vitæ meæ momentis fi-  
 „liali libertate eandem adhorter, atque  
 „exponam, quod nunc, cum jam antea

**Echard. de** „meam sententiam circa Episcoporum  
**Script. Ord**t „residentiam declaraverim, aperte de-  
**FF. Præd.** „nuntiem, rem pietate, ac virtute di-  
**Rayuald. hoc** „gnam fieri, si Sanctitas sua eo rem de-  
**ann. n. 71.** „ducatur, ut sacrosancta Synodus non  
 „modo, cuiusnam juris sit residentia  
 „Præsulum, aliorumque Ecclesiæ Mi-  
 „nistrorum disertis verbis definiat, sed  
 „insuper id, quod semel definitum est,  
 „tam Sanctitas vestra, quam ceteri omnes  
 „Prælati fide nunquam violanda fer-  
 „vent: Ut vero mentem meam adhuc  
 „clarius explicem, optarem, ut Cardi-  
 „nales deinceps nullos alias Episcopa-  
 „tus possiderent, nisi saltem in suis Dio-  
 „cesibus permanere parati sint. Hæc  
 „sunt postrema mea vota, ac vestri hu-  
 „millimi, & fidelissimi servi verba: si-  
 „cut enim Sanctitati vestræ diuturnam,  
 „ac felicissimam vitam appreco, ita

„par-

„pariter mihi persuasum habeo, quod a- Sæcul. XVI.  
 „liquando, dum Deo placuerit præ- A.C. 1563.  
 „sentem vitam cum æterna commuta-  
 „re, in illa postrema, atque tremenda  
 „hora, cui me proximum cerno, ingens  
 „animæ suæ solatium percipiat, si  
 „rem, quam fieri supplico, effectui da-  
 „tam recordabitur &c. (\*)

Hæc epistola quantocius ad Papam  
 transmittebatur, cum autem illam Lu-  
 dovicus Lofus hujus Patris Theologus  
 descriptam teneret, brevi ea publici ju-  
 ris facta est.

### §. VI.

#### *Navagerus Cardinalis Legatus ad Synodus delatus.*

Die vigesima octava, seu vigesima *Pallav. c. 13.*  
 nona ejusdem Mensis Cardinalis *n. 2.*  
 Navagerus novus Synodi Legatus Tri- *Sarp. l. 7.*  
 dentum venit: cum autem non nisi die *p. 677.*  
*Spond. hoc*  
*trige-* *ann. n. 23.*  
*Viscont. let.*

(\*) Studiose autem Continuator in hac e- 27. p. 249.  
 pistola prætermisit ea verba, quæ a doctissimo  
 hoc Viro adjecta refert Pallavicinus: Scrip-  
 rat enim, a se vivente, ac moriente affirmari,  
 Summum Pontificem cunctis Conciliis Superio-  
 rem esse, nec ab illis ulla ratione judicari pos-  
 se: opportunum a se censeri, ut id pariter aper-  
 te defineretur; cum contrarium in seditiones,  
 bella, & schismata manifesto tenderet.

O 2